

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1220

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

R[udolfus] sancti Thome prepositus, qui septem nomine suo specialiter jurarunt corporaliter et firmarunt, quod, si quis eorum septem episcopo forte succederet memorato, ad idem, quantum est in articulo advocacie superius expresso, sicut episcopus prefatus pro se sic quilibet eorum per omnia extet obligatus. si vero alius quam de numero predictorum sibi succederet, isti septem bona fide et sine fraude successorem substitutum ad eundem articulum super advocacia observandum et per sacramentum obligandum inducere studebunt. ministeriales vero ipsius ecclesie ac burgenses civitatis ejusdem propriis nominibus inferius exprimendi juramento eciam corporali se firmiter astrinxerunt, quod personam, res, possessiones universas Henrici episcopi nunc residentis necnon cujuslibet sui successoris, qui sepe dictum sacramentum super articulo advocatie subierit aut subire voluerit, omnium eciam canonicorum Argentinensium tam presencium quam futurorum ac totius civitatis cleri, qui unquam pro tempore fuerit, salvas, illesas, intactas in omni emunitate pariter et libertate quarumlibet exactionum infra civitatis ambitum fideliter et efficaciter contra quemlibet hominem defendent ac semper liberas conservabunt. consilium eciam civitatis, quandocumque fuerit renovatum vel immutatum, universos, qui tunc erunt de consilio, necnon alios quoscumque tam ministeriales quam cives, quos ad horum conservanciam et stabilitatem processu temporis viderint vel credent expedire, aut quorum consilio vel auxilio supramemorata firma et salva consistere poterunt, bona fide, dolo pariter et fraude qualibet semota, ad idem sacramentum sub premissa forma omnino subeundum et eandem promissionem et obligationem tenendam et observandam perpetuo juxta id, quod sibi servari volunt conditiones premissas, diligenter inducent et studiose promovebunt. ut autem hec rata firmaque permaneant, sigillorum nostrorum episcopi scilicet, capituli, civitatis munimine sancita sunt. communiri statuentes^a ac potenciam divinam super hoc devocius invocantes, quod, si quis hanc paginam ausu temerario infringere temptaverit, dei omnipotentis ac beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostram indignationem sit incursum. acta sunt hec anno domini 1220 mense januarii, Honorio papa residente et F[riderico] rege Romanorum regnante. nomina vero tam ministerialium quam civium propria, qui predicta omnia inviolabiliter servare et manutenere corporaliter juraverunt, sunt hec: Walterus filius sculteti quondam, Dietricus Stahelli, Dietricus burgravius, Ludewicus et Albertus Cagen, Albertus et Wer[nherus] Bager, Murrhart, Herbo judex et magister tunc burgensium, F[ridericus] Dispensator, Sivridus minister fratrum, Purcart Rippli, Weçel judex, Cāno et Herbo fratres filii Diemari, Nicolaus, U[iricus] Loseli, Herbo juvenis, Rempot Vitulus, C[unradus] Vetusfrumentum et alii quam plures^b.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.

Gedruckt nach dem Briefbuch A fol. 53^b ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 341 nr. 419. Vergl. K. W. Nitzsch Ministerialität und Bürgerthum S. 364 ff. u. D. St-Chron. VIII, Allg. Einl. S. 27.

40

a) Einige Satzglieder scheinen hier ausgefallen zu sein. b) et—plures mit hellerer Dinte aber von gleicher Hand, wie es scheint, nachgetragen.

182. *Papst Honorius III fordert drei Straßburger Canoniker auf, den Clerus ihrer Diocese zur Zahlung der allgemein auferlegten Zwanzigsten vereinbarten Pauschsumme anzutreiben. 1220 Februar 13 Viterbo.*

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis R[einhardo] majori pre-
 5 posito et A. majoris ecclesie canonico et B[runoni] sancti Petri custodi¹ Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. exhibite nobis ex parte venerabilis fratris nostri Argentinensis episcopi et dilectorum filiorum cleri atque tam civitatis quam diocesis Argentinensis littere continebant, quod eo suggerente, qui bonis consuevit actibus invidere, a tempore concilii generalis² guerris continuis
 10 regionis afflicti graviter et oppressi ac alias rapinis et incendiis multipliciter lacessiti tantam sterilitatem in anno sustinere presenti, quod vitam inopem deducentes vix possint de tot calamitatibus respirare. unde nobis ex parte memorati cleri per nos dilectos filios A. majoris ecclesie canonicum et B[runonem] sancti Petri custodem Argentinenses ad hoc specialiter destinatos fuit humiliter supplicatum, ut, cum
 15 propter premissa et alia impedimenta juxta prefati statuta concilii vicesimam non persolverint ac velint in recompensationem ipsius certam solvere pecunie quantitatem, scilicet ducentas marcas argenti, secundum mandatum nostrum pro subsidio terre sancte, ne sententia excommunicationis in detentores ipsius vicesime promulgata ligentur, providere de benignitate sedis apostolice dignemur. nos igitur ipsius
 20 cleri miseriam misericorditer miserantes et paupertati compacientes ipsius oblatam per vos A. et B[runonem] nuncios pecuniam acceptavimus, eidem episcopo nostris dantes litteris in preceptis, ut viros idoneos et honestos de civitate ac diocesi supradictis eligere studeat sine mora, qui facultatibus et aliis circumstantiis ipsius cleri diligentius indagatis taxare studeant, quid de solutione ipsius pecunie contingat
 25 quemlibet eorundem, idemque ipsos infra quindecim dies post receptionem presentium, sublato cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, ad id per censuram ecclesiasticam compellere non omittat. quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, si dictus episcopus preceptum nostrum neglexerit adimplere, vos, si qui clericorum ipsorum ultra predictum tempus
 30 solvere distulerint de memorata pecunia partem suam, preter excommunicationis sententiam, quam incurrunt, extunc eos ad integram solutionem vicesime per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. quodsi non omnibus his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Viterbii idus februarii pontificatus nostri anno quarto.

35 *Aus Würdtwein Nova subs. dipl. XIII, 243 nr. 48 nach dem lib. sal. 1347 = Grandidier Oeuvr. inéd. III, 290 nr. 255. — Potthast Reg. Pontif. nr. 6193.*

¹ Bruno erscheint auch im Mai desselben Jahres neben dem Domdecan Berthold als vom apostolischen Stuhl bestellter Richter in einer Sache der Abtei Mauerstünster. Vergl. Straßb. Bez.-A. H fasc. 558 cop. chart. sec. XVII.

² Das vierte Lateran-Concil im November des Jahrs 1215.

183. Heinricus episcopus Argentinensis controversiam inter Reinhardum majoris ecclesie prepositum Argentinensem administratorem abbacie sancti Leonardi constitutum¹ et Burchardum de Blide super advocatia et jure abbacie ortam ita sedat, ut hic omnes suas petitiones, quam diu ille administrationem teneat, relinquat et fidejussores Waltherum de Argentina, Diethericum Stehellinum, Albertum Begere, Wernherum fratrem suum, Burckardum et Albertum filios ejusdem, Albertum de Hermotisheim constituat, versa vice prepositus spondeat, se abbaciam ad meliorem statum reducturum esse. «noverint universi.» acta sunt hec publice anno incarnationis domini 1220, indictione 8, mense aprili. hujus rei testes sunt: Fridericus cantor, U[rricus] scolasticus, E. de Erenberc, R[udolfus] de Liechtenberc, Fridericus de Hagenow, Arnoldus plebanus de Scertisheim, Godefridus plebanus de Rinstete, portarius de Hasela, Heinricus camerarius episcopi, Burchardus miles de Utenheim, Diethericus de Kunigisheim et alii quam plures. 1220 April.

Aus Schöpflin Als. dipl. I, 340 nr. 417 (ex autogr. tabul. s. Leonardi).

184. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet den Schiedsspruch in einem Streit zwischen dem St. Thomascapitel und dem Priester von St. Andreas über Zehnten der St. Aurelienkirche zu Straßburg. 1220 Juli Straßburg im Münster.*

Heinricus dei gratia Argentinensis episcopus cunctis Christi fidelibus veritatem amantibus salutem in eo, qui est salus omnium. quoniam ex pastoralis cura officii in commune omnibus, specialius tamen nobis commissis, prodesse et adesse et ad reformandum bonum pacis inter eos attentius intendere et invigilare tenemur, hinc est quod ad noticiam omnium tam futurorum quam presentium transscribimus, qualiter contentionem super decimis ecclesie sancte Aurelie in suburbio Argentinensi ortam inter Rudolfum de Liechtenberc prepositum sancti Thome et ejusdem ecclesie capitulum ex una parte et inter Burchardum scultetum de Ehenheim et inter Johannem plebanum sancti Andree ex altera consilio prudentum virorum decidimus, videlicet Reinhardi prepositi, Oulrici scolastici et Alberti de sancto Martino Argentinensis ecclesie canonicis et Alberti Bageronis militis et Erbonis judicis, coram quibus viri honesti veritatis concii jurati dixerunt, quod decime mansorum, qui vulgariter Selgât, Hengesthübe, Viscerhübe dicuntur, ad ecclesiam beati Andree totaliter pertinerent². verum quia de predictis mansis incerti erant, quot essent predicti mansi vel in quibus locis illius banni essent siti, contentio predicta in hunc modum est diffinita, quod prepositus sancti Thome et ecclesia omnes decimas tam prediales quam personales integraliter recipiat et pro hiis 30 quartalia tritici et 30 siliginis predicto plebano et suo patrono ante festum nativitatis sancte Marie persolvat. quod si neglectum fuerit, pro pena duplum restituat. si vero horrea, in quibus predictae decime repositae fuerint, casualiter cum ipsis frugibus ante dictum festum incendio vel flagello grandinis vel tempestate vel guerra provincie depereant, juxta proportionem triturationis facte pensio persolvatur. porro a predicta perceptione

Sept. 8

¹ Cfr. nr. 161.

² Cfr. Ch. Schmidt *Hist. du chap. de s. Thom. p. 229 ff.*

decimarum excipiuntur 7 curie contigue intrinsecus in Kunegeshoven site, incipientes penes domum, que Dinclobe dicitur, et viam, que Velleter dicitur, ex ista parte ejusdem versus civitatem et 11 alie extrinsecus ultra eandem viam ex obliquo istis septem opposite et due curie ex utroque latere curie Burchardi militis de lapidea porta immediate eidem curti adjacentes, in quibus omnibus plebanus prefatus cum suo patrono decimas percipiet prediales; personales vero ad prepositum pertinebunt. excipiuntur etiam ille curtes apud sanctum Arbogastum, que ultra flumen a ponte sursum juxta ripam fluminis ejusdem protenduntur, que pro dimidio manso computantur, in quibus idem plebanus cum suo patrono decimas tam prediales quam personales percipiet. in prato quoque, quod in vulgari dicitur Brügel vel comitis Alberti de Tagesburc, decimas feni accipiet; in Steinstrazen vero decime, sicut hactenus a partibus sunt percepte, deinceps absque contentione qualibet percipiantur. si vero de hoc inter partes orta fuerit dissensio, per quatuor viros honestos sine fraude de vicinia communiter electos talis controversia, non obstante partium contradictione, per juramentum ipsorum decidatur. preterea parti adverse pro pena centum librarum puri argenti debitor existat, conventionem prenotata perpetue stabilitatis robur nichilominus obtinente. ut hoc ratum permaneat, sigillo nostro, nostri capituli et civitatis presentem paginam fecimus roborari. hoc pactum quicumque ausu temerario infregerit, indignationem summi judicis et anathema perpetuum incurrat. acta sunt hec anno domini 1220, indictione 8, mense julii in claustro majoris ecclesie, presentibus et recognoscentibus fratribus nostris majoris ecclesie canonicis: Bertoldo decano, Friderico cantore, Bertoldo camerario, Hermanno portario, canonicis quoque sancti Petri Reinboldo decano, Brunone custode, Cûnrado portario, presentibus etiam et recognoscentibus laicis ministerialibus et civibus nostris Uualtero de Strazeburc, Dieterico burgravio, Dieterico patruo ejusdem, Humberto Cidelario, Burchardo de lapidea porta, Friderico Dispensatore, Johanne de Kunegeshoven, Heinrico de Uuizenburc, Cûnrado Virnecorn, Sifrido de Rossemârchet, Uuezelone iudice et aliis quam pluribus.

T aus Straßb. Thom. A. lad. VI s. Aureliæ or. mb. c. 2 sig. pend. Abgefallen das Stadtsiegel.

Gedruckt ebendarnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 300 nr. 17. Nach einer Bestätigungsurkunde Bischof Bertholds von Teck¹ Schöpflin Als. dipl. I, 343 nr. 421.

¹ *Straßb. Bez.-A. G nr. 108 or. mb. c. sig. pend. laeso. Das Stück ist undatirt und leitet die Insertion der Urkunde Bischof Heinrichs so ein: Bertholdus dei gratia Argentinensis episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in auctore salutis. justa petentibus nos decet aurem benignam accommodare et vota, que a rationis tramite non deviant, effectu prosequente complere. inde est quod vestris precibus dilecti filii Henrici prepositi et canonici sancti Thome inclinati ordinationem, quam felicis recordationis venerabilis antecessor noster Henricus Argentinensis episcopus, honestis viris et discretis mediantibus, super decimis ecclesie sancte Aurelie percipiendis inter ecclesiam vestram et plebanum sancti Andree Johannem et bone memorie Burchardum quondam scultetum in Ehenhein provide statuit, nos, accedente consensu heredum predicti Burchardi, videlicet Burchardi, Johannis, Rûdegeri Wernlini, Helferici et Johannis plebani beati Andree nomine ecclesie sue, nostrarum litterarum testimonio roboramus futuris temporibus inviolabiliter observandam. tenorem etiam pretaxate compositionis presenti pagine dignum duximus inserere posterorum noticie transmittendo.*

185. *Probst Rudolf und das Capitel von St. Thomas beurkunden, daß ihnen ihr Pförtner Hugo seinen Hof in der Stadelgasse, den er von seiner Schwester Sabina ererbt, geschenkt habe. 1220 November 29 Straßburg im Chor von St. Thomas.*

Rūdolfus dei gracia ecclesie sancti Thome in Argentina prepositus totumque 5
 ejusdem ecclesie capitulum universis Christi fidelibus presens scriptum legentibus
 salutem in eo, qui salus est vera et eterna. quoniam^a ea, que in scriptura
 rediguntur, posterorum cavillatione de facili non possunt calumpniari nec processu
 temporis oblivione deleri, ad majorem cautelam temporibus nostris acta scripture
 dignum duximus commendare. innotescat ergo omnibus veritatem amantibus, 10
 Hugonem portarium ecclesie nostre curtem suam cum domo lapidea in Stadelgaszen
 sitam, que hereditario jure per sororem suam pie memorie Sabinam ipsum contigerat,
 ecclesie nostre legitima donacione in remedium anime sue parentum et suorum
 salutem auctore deo contulisse sub tali forma, quod, quicumque confratrum nostrorum
 ipso defuncto portarius erit, de censu ejusdem curtis 30 solidos in 40 denariis illis, 15
 qui pro piscibus fratribus presentibus distribuuntur, addet eodem modo, quo prius
 solebant piscales denarii presentibus distribui. in anniversario autem jam dicte
 Sabine sororis prefati portarii plenas vigiliis, missam pro fidelibus defunctis,
 conventus noster eidem Sabine decantabit et portarius tunc temporis 5 solidos, 3
 solidos denarios sacerdoti missam celebranti et duos singulis de fratribus presentibus, 20
 et 5 dapifero episcopi pro censu fundi ejusdem curtis assignabit. et sive quid in 5
 solidis supererit, seu quid in censu domus prenominata procuracioni pretaxate
 accreverit, portarius in usus suos habebit. post officium misse celebratum chorus
 cum cruce, thuribulo, aqua benedicta et responsorio «absolvere» super sepulcrum
 memorate Sabine descendet psalmum «miserere» et orationem debitam ibidem decan- 25
 tando. prefate vero amministracionis officium ad portarium spectabit ita, quod
 concanonicis nostris de supradictis 35 solidis respondebit et edificia curtis predicte
 tenebitur resarcire. quam amministracionem si portarius ergo assumere recusaverit,
 decanus et capitulum eandem in se suscipient et quod residuum fuerit de censibus
 post summam fratribus assignatam, in sepedicte domus restauracionem conservabunt. 30
 nos autem considerantes dicti Hugonis portarii benivolenciam, de mera liberalitate
 summam equipollentem censui de prenotata curte provenienti per decanum sive
 cellerarium ipsi de communi nostro, quoad vixerit, constituimus assignandam.
 quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem cartam inde conscribi et
 sigillo nostri capituli jussimus communiri. facta est autem hec donacio anno ab 35
 incarnatione domini 1220, 3 kalendas decembris, in choro nostro infra primam et
 terciam omni cum debita sollempnitate, presentibus fratribus nostris Heinrico
 decano, Diethero cellerario, Wernhero pincerna, Burkardo sacerdote, Cūnrado plebano
 in Erstheim, Sigebottone subdyacono, Johanne cantore, Cūnrado de Colmere, pre-
 sentibus etiam et recognoscentibus concivibus nostris Ulrico Lōselino, Erbone 40

a) T quam.

judice, Fridrico Dispensatore, Heinrico deme Bilde, Syffrido de Rossemerkethe, Rüdolfo Riplino^a, Heinrico pistore nostro et aliis quam pluribus.

T aus Straßb. Thom. A. Registrande A fol. 95^b um 1400 geschrieben.

Gedruckt ebendarnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 301 nr. 18.

- 5 186. In einer Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg für das Kloster Allerheiligen im Schwarzwald als Zeugen: Reinardo majore præposito, Friderico cantore, Uolrico scolastico, Alberto preposito de Haselahe, Heinrico vicedomino, Walthero nothario; ex ordine militari Walthero de Argentina, Alberto et Wernhero Bagariis, Volmaro de Heiterbach et aliis quam pluribus. datum in palacio nostro
10 Argentinæ anno dominicæ incarnationis 1220, indictione 8. 1220 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.

K aus Karlsr. G. L. A. Section Allerheiligen or. mb. c. sig. pend. delapso.

Ibid. Section Straßburg Vidim. mb. c. sig. pend. von 1572 November 27 ausgestellt von scultetus et justiciarii Tabernarum Alsaticarum.

- 15 *Gedruckt nach letztem in Gallia christ. V instr. p. 496 nr. 36.*

187. Bischof Heinrich von Straßburg bestätigt dem Straßburger Hospital seinen gesammten Besitz. 1220.

- : In nomine sancte et individue trinitatis amen. : quoniam magnarum [weiter wie in nr. 90 mutatis mutandis bis denarii persolvuntur.] predecessor autem noster
20 Burchardus episcopus venerabilis pro petitione pauperum Christi commorantium in hospitali cupiens ampliare servicium dei capellam ad idem hospitale pertinentem dedicavit et ei curie nostre partem donando atrium capelle versus Bruschem ampliavit. [weiter wie in nr. 90 bis pluribus] et banno predicti Burchardi episcopi publice ac legitime confirmata. nos autem, quia per misericordiam dei in hanc
25 sedem successimus, de mera nostre benignitatis benivolentia hec omnia, que prenominata sunt et hospitali quocumque tempore donata et quecumque in presentiarum possidet vel in futuro possidebit, precipimus in verbo dei et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini pape Honorii et nostra sub anathematis vinculo confirmamus, ne quisquam ea sibi usurpare vel distrahere audeat vel in alium
30 quam in usum pauperum expendere presumat. et ut majorem confirmationem habeant et inconversa imperpetuum permaneant, presentem paginam conscribi et inpressione sigilli nostri curavimus insigniri. acta sunt autem a nobis hec anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 1220, indictione 8, regnante Friderico rege anno regni ejus 8. testes hujus sunt: Reinhardus major prepositus, Berhtoldus
35 decanus, Fridericus cantor et custos, Oulricus scolasticus, Berhtoldus^b camerarius, Hermanus portarius; Heinricus advocatus, Walterus, Albertus Begere, Diethericus buregravius, Diethericus Stehellinus, Albertus Cago et Ludewicus, Sifridus de Offewilre, Burchardus de Ehenheim, Erbo judex, Fridericus Dispensator, Petrus

^a) T Riplino. ^b) H Berhtoldi, wonach Raum für 3—4 Buchstaben gelassen ist.